

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria mala siue uana al  
cum fonte primo

Queris quali mensa, quali argento,  
quam paribus ministeriis et leuibus afferatur cibus;  
nil preter cibum natura desiderat.  
Nunquid tibi cum fauces urit sitis, aurea queris pocula?

Ambiciosa non est fames, contenta est desinere.  
Que desinat, non nimis curat.

Seneca.

Quaeris quali mensa, quali argento,  
quam paribus ministeriis et levibus adferatur cibus?  
nihil praeter cibum natura desiderat.  
'Num, tibi cum fauces urit sitis, aurea quaeris pocula?'  
num esuriens fastidis omnia praeter pavonem rhombumque?'  
(Horatius, *Satura*e, 1.2.144-16).  
Ambitiosa non est fames, contenta desinere est;  
quo desinat non nimis curat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*,  
119.13-14 (L. Reynolds ed., vol.2, pp.509-10, ll.22-27, 1-2).